

De peccato auaritie. fo. xli.

tant nos deus in immundi-
tia sed in sanctificatione etc.
Dominica secunda. xi. de
euangelio. De auaritia.



Filia

mea male a demonio ve-
ratur. Mat. xvj. Est p̄bz
Job prophe-
te diceris. pone me iuxta te
et cuiusuis manus pugnet co-
tra me. Et potest esse deus
iuxta nos dupl̄. Uno modo
s̄m presentiam sue essentie:
et isto modo est in qualibet
creatura: nec sic nos custodit
a veratione demonis. Et est
s̄m presentiam sue gratie in-
sp̄m exiles in nobis nos
gratiose protegit et defendit:
et isto modo non habemus
timere: quia si deus pro no-
bis quis contra nos? vt inqt
apls. Et per illum modum
vt nos inuaret assumpsit car-
nem nostrā in virgine glorio-
sa: quare ad eam accedamus
dicētes Ave. *Filia mea* etc.
Sequitur diuina scriptura
ad loquendū de decimoquin-
to pctō ppter quod deus fla-
gellat pctōres quod est pctm̄
auaritie de quo loquit. Esa.
lvij. Propter iniquitatē aua-
ritie iratus sum et percussī cū
et abscondi faciem meam et
indignatus sum et abñt va-
gus in via cordis sui. Et po-
nitur hoc flagelluz *hierem. vj.*
ubi dicitur qd hieremias qz

reprehendebat auaritiā po-
puli dicens. qd a maximovsq;
ad minimū omnes auaritie
student: et qd deus mirabili-
ter puniret eos nisi auaritiā
deponerent missus est in la-
cum et tādē occisus ab eis:
propter quod deus irat' est et
indignatus contra eos. *Uno*
de fecit venire regem babilo-
nie et occidere et capere ciui-
tatem illorum: et quicqd ha-
berent in spolia dare: et per-
sonas captiuas ducere in ba-
byloniā in seruitutem. *Ubi*
notabimus cuz *augone* de
sancto victore. ij. de sacramē-
tis. parte tertia. capitulo pu-
mo. qd auaritia est inordinata
appetitus habendi: qui
appetitus s̄ sit respectu cu-
iuscuq; boni desiderabilis:
siue sit bonum anime: vt ap-
petere plura scire qd opor-
teat. *Unde* apls. Nolite plus
sapere qd sape oportet. Siue
sit respectu boni corporis vt
plus h̄re spei aut fortitudi-
nis qd oporteat. Siue respec-
tu bonorum temporalium.
Et licet omnis appetitus in-
ordinatus habēdi pprie sit
auaritia: tamen s̄m cōmunē
vsum loquendi auaritia dicitur
appetitus inordinatus
pecunie. *Inde* dicta auaritia
s̄m *Isidorum* quasi eris aut
ditas. Et s̄m grecum dicitur
dicitur philargeria a philos
quod est amor et argeos qd
est est: quasi amor eris. *Ideo*
dicit *August.* scdo de ciuitate

Auaris
tie diffi-
nitio.

pctm̄
xv.

hierem
me. vj.

Dñica. ij. quadragesime.

dei. c. vii. Non aurivitiū est
avaritia: s; hominis puer-
se amātis aurum iustitia de-
relicta que incōparabiliter
debit anteponi. Et ideo
Salu- Salustius in catillinario in-
stius. quit. Avaritia pecunie studi-
um habet qđ nemo sapiens
B concupiuit. Et potest iste ap-
peritus pecunie lordinatus
esse vitium propter duo. Pri-
mo ratione excessus in desi-
derando. Secundo ratione
excessus in retinendo. Si pri-
mo modo consideretur po-
test esse peccatum veniale: qz
desiderare plusq̄ sit sibi con-
ueniens et statui proprio et
condicione expensari pensa-
tis nō per vias illicitas nec
contra mandata dei: primi
dilectionem: quia non queri-
tur per vsuram: non per fur-
tum aut malos et iniustos cō-
tractus: non est peccatū mor-
tale: est tamen ex hoc pecca-
tum: quia vt dicit sanctus
Thomas secūda secūde que-
stio. cxviii. Superfluum non
potest esse quin sit de rariōe
contra proximum: quia si ha-
beres apud te illud supfluum
non est tantū vtile sicut esset
si esset pluribus distributum.
magne enī diuitie que sunt
vni⁹ facerēt mediocres mul-
Boeti⁹ tos. Et iste est intellect⁹ Boe-
tij de cōsolatione. Angustas
inopesq; diuitias quas pluri-
bus habere non licet: et ad
multos sine aliorū pauper-
tate non veniūt. Si nō istud

plus et superfluum appeti-
tur non curando cōtra desi-
agere neq; de damno proxi-
mi dummodo bursa implea-
tur: tunc semper est peccatū
mortale: quia proprie illa cu-
piditas est de qua dicit apo-
stolus. i. Thimo. vi. qđ ē radix
omnium malorum. Radix
pro occasione intelliget quia
non est aliquod malū quod
de ista cupiditate nō veniat.
Et hac enim furta: rapine:
bellat: atrocitas: seditiones:
lenocinia vsq; ad contemptū
dei: vt August. dicit super Jo-
hannem. Ideo Salustius dicit
in Catillinario. qđ avari-
tia fidem probitatis ceterasq;
qđ bonas artes subuertit p-
his superbiam: crudelita-
tem: deos negligere: et om-
nia venalia habere docuit.
Ecclesiastici. iiii. Dicitur aua-
ro nihil scelestius qđ amare
pecuniam. Unde nobilissi-
mus poeta Vergilius clama-
bat. Quid non mortalia pe-
ctora cogis Auri sacra fa-
mes. Et pōt hoc declarari vi-
sibiliter. Nam si recte scriptu-
ras inspiciamus reperiem⁹
qđ duo sunt peccata quorum
quodlibet est maximum in
suo genere. Unum est pecca-
tum infidelitatis: aliud est
peccatum desperatōis: quo-
rum avaritia causa fuit et
est. Nam si pro infidelibus
accipiamus gentiles et in-
deos videbimus quod cau-
sa: propter quam permanent

Salu-
stius.

Vergi-
lius.

Duo
peccata
maxia.

De peccato auaritie. fo. xliij.

In infidelitate gētilis est auaritia: quia lex machometi concedit diuitias in quantitate: ut si res periantur christiani negare fidem et illam fidem tenere reperietur quod non aliud de est nisi propter auaritiam. Ideo dicit apostolus ad istum finem quod auaritia est ydolorum seruitus. Ephe. iij. De iudeis notorium est quod non redeunt ad fidem christi: quia nolunt deponere usus. Et multi efficerentur christiani si concederentur eis usure quas possident: quod aliud non habent. Quod autem peccatum desperationis originem habeat ex auaritia patet in tribus desperatis: quos in scriptura legimus. Duos in veteri testamento: scilicet caym et achitophel: et tertium in nouo testamento: scilicet iudam. De primo ait Augustinus quod ex auaritia processit homicidium. Unde desperauit caym: quod putrida et corrupta solum de frugibus et fructibus offerrebat domino. Abel vero meliora: et de armis agnos pulcherrimos et oues meliores. Unde quia accepta erant eius munera a domino et munera caym non occidit eum. Similiter achitophel quando vidit se perdidisse gratiam regis: quia erat magnus consiliarius:

Caym

Achitophel.

et multi ad eum confluxerant et pro consiliis munerata offerebant: vidit sibi deficere lucrum. Unde de lucro desperans desperauit de vita: quia interfecit seipsum. De iuda autem clarissimum est quod ex auaritia. Unde laqueo se suspendit. Et quibus patet quod radix omnium malorum est cupiditas et auaritia. Secundo potest esse appetitus respectu pecunie inordinatus plusquam oportet in retinendo: et hoc potest esse vitium prout est oppositum virtutibus tribus. Primo liberalitati: quia ad liberalitatem spectat expendere quantum oportet: ubi oportet: et quando oportet: et non deficere in necessitatibus. Auarus autem et tenax quia nihil sufficit desunt omnia que sibi et sue familie expediunt. Ideo dicit Seneca epistola centesima. Desunt inopie multae auaritie omnia. Auarus enim tenaces non tenent diuitias: sed tenentur ab eis: ut ait Hieronymus. Unde ait propheta quod viri diuitiarum nihil habent in manibus suis. Item crescit hoc desiderium sine termino: quia quando alia desideria habemus habita desiderata quiescunt. Auarus pecunia plenus (ait Iuuenalis) nunquam dicit sufficit: immo crescit

Judas

E

Seneca

f. ij.

Dñica. ij. quadragesime.

amor: nummi q̄rū ipsa pecunia
crescit. Agunt etiā cōtra
virtutē amicitie: qz cū amici
tia oīa dicat esse cōmunia: qz
amicorum sunt oīa cōia cla
mant stoici. Isti tamen sequi
nolunt talem regulā: qz sunt
amici solū mēse sed nō pma
nēt tpe necessitatis. Et si tu
nō vis perdere ipos amicos
tales tenaces secure ipos nō
requiras. Agunt etiam con
tra virtutem iustitie: quia si
habent de alieno illud resti
tuere aut nolunt aut negli
gūt. Et recte apparet eis ex
trahere aīam de corpore q̄n
aliena coguntur restituere.

Floren Et istud vitiiū vrinā verū nō
tinōs dicerem si est alicui nationi
natura naturaliter innatū maxime
aua vobis non solū qd cupidita
ros, tes plus habēdi ppter quas
lucrastis terrā ⁊ maria. Et si
faceretis hoc circa alias na
tiones malum esset sed ma
gis tolerabile: sed faciēdo is
ter vos ex ista auaritia extor
siones exactiones ⁊ priuatos
cōtractus in artū ḡna mille
illicitoy: dubitandum est ne
ista maledicta auaritia totū
corpus inficiat: ita q̄ adhuc
lacrimabiliter diceret. cum
Hieremia. A maximo vsqz
ad minimū omnes auaritie
student. Non sic fuerunt ve
stri progenitores romani:
ideo dicit August. v. de ciui
tate dei. q̄ ad personas pri
uatas pecunias liberales
erant. Pecunias habere vo

lebant quoad publicum be
num erarium plenus tenu
es res puatas. ^{Auar} ^{Auar}
co tullio legit vt narrat va
lerius: q̄ cum legati samni
tum idest venetorum venis
sent ad eū in aggressi scāno
sedentem foco atqz ligneo
catino cenantem: et magnū
pondus auri obrulissent et
benignis verbis inuitassent
vt auro vti vellet. Vultum
risu soluit dicens. Superua
cua enim ne dicam inepte
aurum attulistis. Ite et dici
te: samnitibz. Marcum tul
lium male locupletibus im
perare q̄ ipsum fieri locuple
tem. Et mementote me nec
auro nec inimici timore cor
rumpi posse. Idem narrat
de fabuzio qui per legatos
a samnitibz donaria missa
remisit dicens. Et locuple
tem illum faciebant nō mul
ta possideretis: pauca deside
rare. O vrinā tales ciues ha
beretis: nō ei dubito q̄ si ta
les hic forent vrbis ista ad sta
rum amplissimum deueni
ret in breui: vbi oppositum
facientes et volendo publi
cam egestatem et priuatam
opulentiam reducit com
mune ad debitum tantam
qz egestatem vt vix possit re
spirare: ita q̄ peius est ino
firmitates agnoscitis et re
media adhibere potestis.
Et propter vtilitatem pro
prium quam illi qui possunt
consequuntur: ⁊ in malo ita

^{Auar}
^{tullio}

^{Fabrizio}
^{cius}

De pctō auaritie. fo. xliij.

tu et in guerris et in deiectione mercatorum non curat. Ideo bene dici potest quod male et ciuitas et quelibet anima talium auarorum a demonio veratur: ut scribitur in euangelio hodierno. In quo tria dubia soluantur. **D** **P**rimum dubium est. Si propter auaritiam patris et matris datur quandoque potestas demonio ad verandum in corpore filium. Egressus iesus etc. **S**ecundum dubium. Si minus exauditur oratio auari quam alterius cuiuscumque christiani. Et accesserunt ad eum discipuli eius etc. **T**ertium dubium. Si auarus ex auaritia induratus possit oratione alterius fieri saluus. Et dixit iesus mulieri, fides tua etc. **E**rat primum dubium etc. Ubi notandum quod pena corporalis insertur alicui ex culpa alterius tripliciter prout declarat sanctus Thomas. h. ii. q. cxiij. artic. iij. primo in quantum ille qui punitur est res eius qui peccat: sic filii secundum corpus puniuntur pro peccatis parentum et serui pro peccatis dominorum. Et sic pro peccato sic filii sui percussi sunt lepra sine culpa: ut habetur. iij. Reg. v. Secundo modo punitur vnus pro peccato alterius in quantum peccatum alterius deriuat in alterum aut per imitationem: ut filii imitantur peccata parentum et

serui peccata dominorum ut audacius peccent. Vel per modum meriti sicut peccata subditorum merentur prelatum peccatorum secundum illud Job. iij. Qui regnare facit hypocritam propter peccata populi. Unde propter peccatum dauid populum numeratis populus israel punitus est: ut habetur. ii. Reg. vltimo. Siue etiam per aliquem consensum siue dissimulationem: ut etiam boni filii interdum puniuntur simul cum malis: quia etiam eorum peccata non redarguerunt: ut dicit Augustinus. j. de ciuitate dei. Tertio punitur vnus pro peccato alterius ad detestationem peccati dum peccata vni redundant in omnes quasi essent vnum corpus: ut dicit Augustinus. de peccato achor propter quod populus israel traditus est in manus hostium: ut habetur Josue. vi. Secundo inuasio demonis est permissa a deo in penam corporis eius qui inuadit: quod quidem est intelligendum pro peccato alteri: ut patris aut matris: quandoque propter peccatum quod fecerunt ne faciant: quod ad timorem aliorum peccatorum sicut fiebat in primitiua ecclesia: quia sepe videtur dicit Gregorius. peccatores ad detestationem peccati commissi sepe inuadebant a demonibus. Et sic respondeo ad dubium quod propter peccatum patris et matris datur potestas demonibus

Primum dubium,

Josue. vi.

f. iij

Dñica. ij. quadragesime.

quod expresse patet in ista chananea et filia que vocabatur a demonio pro peccatis ut clare patet: ideo inquit. Misere mei fili dauid. **E**rat scdm dubium 2c. ubi notandum quod avaritia sicut quod impropriat inordinatum amorem diuitiarum quod in tantum crescit quod preterit caritati. Exemplum cum quis propter amorem diuitiarum non veretur facere contra legem dei: sic avaritia est peccatum mortale iuxta illud *Ephe. v.* Avaritia est ydolorum seruitus. Quia sicut ydolatra subicit se creaturis exterioribus ut exhibeat eis cultum: ita avarus subicit se creature exteriori immoderate ipsam cupiendo et amando contra legem diuinam facit que est omnibus rebus providere secundum suas conditiones: avarus autem omnibus substrahitur facit etiam contra legem naturalem. unde *Luce. vi.* Quicumque vultis ut faciant vobis homines et vos eadem facite illis. *Luce. vi.* Quis oppositum facit avarus est potius res putrescere facit apud se quam utiliter aliis dispenderit. Facit etiam contra legem gratie. *Luce. vi.* Estote misericordes sicut et pater vester 2c. Avarus captivas res tenet ne condicari possint. *Ecclesi. iiii.* Avaro nihil est sceleratius. Et subdit. Nihil est iniquius quam amare pecuniam. Habet autem aiam veniale: quod

aiam suam exponit pro pecunia. Propterea *Aristo.* coparavit avarum demoniacum: non quod veretur in carne sicut demoniacus: sed per oppositum: quia sicut demoniacus de quo *Marc. v.* se denudabat ita avarus se superflue diuitiis onerat. figurat etiam pro filiam chananee: quia sicut chananea difficillime a christo impetrauit filie liberationem: ita oratio avari iniqui nunquam exauditur: ut docet se cumda pars euangelii. **E**rat tertium dubium 2c. ubi notandum quod aliter est insanabile Tertium peccatum in spiritu sanctum et dubium aliter avaritia. Nam peccatum in spiritu sanctum est insanabile ex parte contemptus: puta quia homo contemnit vel misericordiam vel iustitiam diuinam aut aliquid horum per que peccata hominis sanantur: et ideo talis insanabilitas pertinet ad maiorem gravitatem peccati. Avaritia vero habet insanitatem ex parte defectus humani in quantum se procedit ex humana natura: quia quo quis altius est deficientes eo magis indiget ad ministerio exteriorum reum: ideo magis in avaritia labitur. Unde per talem insanitatem non ostendit peccatum avaritie contrarium fore sed quodammodo per hoc est periculosius: nam cum alia vitia in homine senescunt sola avaritia inueterata nescit, licet enim avarus ex

De pctō fraudis. fo. xliiij.

ris se
nescen
do ius
ueneo
scit.

se non saluetur: tamen ora
tione alteri potest saluari:
vt pater de filia chananee q̄
est saluata meritis matris:
vt patet in euangelio.

¶ Feria. n̄. dominice. n̄. qua
dragésime. De fraude.



Driemi
ni i pctō v̄ro.
Job. viii. Et ē
hbū dauid p̄
phete in psal.

vbi ait. Nō mortui laudabūt
te dñe neq; oēs qui descēdūt
in ifernū. vbi de duplici mor
te aie loquit. Prima ē mors
pene: et ista est illorū q̄ descē
dunt in infernum. Scda est
mors culpe: et ista est mors
viuentium in hac vita pecca
torum. Prima non laudat
deum immo maledicit et
blasphemat. Scda q; mor
tui et si laudāt deū nō laudāt
ad meritū vite et eterne gr̄e.
Igit̄ si deū volum' laudare
cum nostro profectu oportet
vt de morte resurgamus
ad vitam: quod fit per gra
tiam quam a matre totius
gracie impetrabimus dicen
tes Ave maria. ¶ Adorice
mini in pctō etc. Sequit̄ di
uina scriptura ad loquendū
de. xvi. pctō ppter qd̄ de' illa
gellat pctōres quod est pctō
fraudis de q̄ loq̄t̄ Eze. xxi. c.
vbi ait. In medio ei' q̄si lu
pi rapaces ad pdā et ad effun
dēdū sanguinē et auaritie lu
crū sectantes. Et ponit hoc

Pctō
xvi.

flagellū. n̄. Macha. xj vbi le
git̄ qd̄ iudas machabe' bñit
sūmā victoriā p̄ aduersarios
ppli dei. Ita qd̄ cū viginti mi
libus peditū et duob' quigē
tis eq̄tū occidit et pstrauit
triginta milia de inimicis: in
q̄ victoria multi de pplo dei
p̄ mādātū iude machabei ca
pitanei defraudati sūt eū in
spoliis: et abscondere receperunt
in argēto et auro et aliis p̄cio
sis multa donaria ydolorū. i.
q̄ ydolis fuerūt donata et ab
scōderūt i vestimētis eoz: p
pter quā fraudē ifequēti bel
lo p̄ inimicos eoz fctō occisi
sūt oēs q̄ i illis spoliis p̄cici
pes fuerūt. Et notabim' cū
fctō et ho. n̄. n̄. q. lxxj. arti. qd̄
res que p̄nt esse sub p̄tate et
dñio hoīs p̄nt dupli. iter cō
siderari. Vno mō fm suā na
turā. Alio mō fm suū vsum.
Si p̄sideret̄ res exterior: q̄ntū
ad suā naturā nullo mō sūt
sub p̄tate hoīs: q; tūc hō pos
set facere de natura rei q̄cqd̄
velleret: sic trāsmutaret natu
rā rei: vt facere de aq̄ vinū:
de lapide panē: qd̄ aq̄ nō bal
nearret: qd̄ sol' de' facere pōt.
Nā q̄ad naturā rei res solū
p̄tinēt ad p̄tate dei cui oēs
nature obediūt ad nutum.
Scdo mō pōt res p̄siderari
fm vsum iquātū eas in n̄m
vsum cōuertere possum': et
illo mō res oēs exteriorēs sūt
sub naturali dñio hoīs: q; sp̄
iperfecta sunt ppter perfe
ctiora. Et ex hac rōne p̄bat
f iij

Quo
pacto
res sine
sub ho
minis
p̄tate.